Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Per omnia secula
seculorum Dominus vobiscum
Sursum corda Gratias agamus domino deo nostro.
Vere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et vbique gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne deus Quia per incarnati verbi mysterium noua mentis nostre oculis lux tue claritatis infulsit. Vt dum visibiliter deum cognoscimus per hunc in visibilium amorem rapiamur Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus. Cumque omni militia celestis exercitus hymnum glorie tue canimus sine fine dicentes Communicantes Infra actio
Communicantes noctem vel diem sacratissimam vel sacratissimam celebrantes: qua vel quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorem. Deo et memoriam venerantes. In primis eiusdem gloriose semperque virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu cristi. Deo et beatorum apostolorum In Epiphania prefatio